

DISPUTATIO IV.

DISPUTATIO IV.

De Unione, ejus termino & causa.

INter distincta realiter constituentia unum necessario debet esse aliqua unio, aliàs nunquam constituerent unum. Ex dictis verò certum est naturam humanam & divinam, quæ realiter distinguuntur, constituere unum Christum. Consequenter natura humana & divina habent aliquam unionem, quâ unione positâ resultat aliquod constitutum, quod dicitur unionis terminus, cumque illa unio non sit necessaria sed liberè posita, efficienter ab aliqua causa procedit.

QUÆSTIO I.

An, & in quo sit facta unio nature humane cum verbo?

DICO : *Impossibile est unionem Verbi incarnati esse factam in natura.* S. Th. hic Q. 2. a. 1. O.

Ità in Symb. Athanasii exprimitur his verbis : Unus omninò non confusione substantiæ sed unitate personæ,

*Probat*ur contra Eutychianos hæreticos, quorum Antesignanus Eutyches recedens ab hæresi Nestorii duas personas in Christo distinguentis, divinam & humanam, quam, dicebat impiissimè, solam à B. Virgine esse genitam, in aliam hæresin incidit, videlicet quod per incarnationem naturæ, quæ antea distinctæ fuissent, sint permixtæ & confusæ ac non duæ naturæ permanserint, sed in unam transierint I. ex sacra Scriptura, in qua idem Christus dicitur

De Un
dicitur Deu
minis, arq
na: quia n
verificetur f
tus, seu nat
mo, habu
humanam;
consubstanc
vens Filius
natura huma
habuit natu
Probat
completis fi
turis comple
turæ, & fit
dom; & co
fit una nat
ex duabus
natura; ut in
ti naturam
duabus nat
ut ex mater
naturæ div
incompleti
non est fact
cta unio in
Obj. 1.
anima ratio
unus est Ch
tam, ergo
unam natu
dinem: q
nam; con
guinem C
In

dicitur Deus & Dei Filius, & homo ac Filius hominis, atqui qui est Deus in eo mansit natura divina: quia non verificatur terminus concretus, nisi verificetur formale significatum, quod hic est deitas, seu natura divina. Deinde qui est verus homo, habuit veram humanitatem vel naturam humanam; igitur: quia fuit verus Filius Dei, fuit consubstantialis Patri in natura divina; quia fuit verus Filius hominis fuit consubstantialis matri in natura humana, & consequenter non unam sed duas habuit naturas.

Probat 2. Potest tripliciter ex duabus naturis completis fieri unum, vel manentibus duabus naturis completis immutatis & tunc manent duæ naturæ, & fit unum per accidens: ut acervus lapidum; & consequenter tunc ex duabus naturis non fit una natura, sed unum per accidens, vel ex duabus naturis perfectis transmutatis fit una natura: ut in mixtione, sed tali modo implicat uniti naturam divinam, quæ est immutabilis; vel ex duabus naturis incompletis fit unum compositum: ut ex materia & forma; & hæc etiam repugnat naturæ divinæ, utpote cui repugnat ratio Entis incompleti; ergo ex duabus naturis in Christo non est facta una natura, consequenter non est facta unio in natura.

Obj. 1. In Symbolo S. Athanasii dicitur: *Sicut anima rationalis & caro unus est homo, ita Deus & homo unus est Christus;* Sed illa constituunt unam naturam, ergo Deus & homo in Christo constituunt unam naturam; sic SS. PP. sæpe faciunt similitudinem: quod, sicut Christus mutavit aquam in vinum; convertit panem & vinum in Corpus & Sanguinem Christi, sic etiam sit factus homo.

2. In omnibus istis similitudinibus non esse

omnimodam paritatem. Sed voluerunt ostendere sancti Patres, quod verè divinitas humanitati unita fuerit, sicut verè corpus animæ, & sicut verè novam formam substantialem vini recipit materia, quæ prius erat sub forma aquæ. Et verè substantia panis & vini desinit per transubstantiationem.

Obj. 2. S. Cyrillus relatüs in Con. Chalcedon. dicit: Non oportet intelligere naturas, sed naturam Dei Verbi incarnati.

R. S. Cyrillus aliique SS. PP. hoc modo loquendi intelligunt per naturam, Verbum, quod Verbum citrà confusionem transmutativam fuit unitum in eadem hypostasi, unde hæc propositio: natura Verbi fuit incarnata: est vera, si mediatè intelligatur.

DICO 2. Unio humana natura ad Verbum Dei, facta est in persona. S. Th. hic Q. 2. a. 2. ad 1. Hæc veritas fidei definita est in Concil. Ephesino, Chalcedonensi aliisque & ità probatur: Naturas esse unitas in persona Christi, est naturam divinam & humanam esse in eodem supposito, sed natura humana & divina in Christo sunt ejusdem suppositi: quia quoties duæ formæ substantiales, quæ de se invicem non prædicantur in abstracto, prædicantur tamen in concreto, toties tales formæ habent idem suppositum, ratione cujus talis prædicatio sit mutua; sed natura humana & divina sunt duæ formæ, quæ de se invicem prædicantur in concreto: quia verum est dicere: Deus est homo: & econtra Christus est Deus: Christus est homo: quia humanitas & divinitas in Christo habent idem suppositum; ergo uniuntur in persona.

Obj. 1. Plura loca Script. quæ videntur facere distinctionem inter personam Verbi & personam Christi sic dicitur ad Coloss. 1. Deum habitasse in Christo: *in ipso complacuit omnem plenitudinem inhabitare.*

Christus

De Uni
Christus de
plum Dei A
simpfisse hu
venius, m
tingitur ab
go persona C
r. Ad v
ccationes &
humana real
Obj. 2. U
stinctæ perfe
nes sunt (supp
terminatur a
generatione
te Deus; al
te homo, e
r. N. Ma
tu persona,
natura, & i
veritarum na
inquantum
natura divi
patre, quat
sistens in na
temporalis
Obj. 3.
etiam est ta
na est indi
repugnat j
& antecede
r. N. I
ta divina e
virtualiter
personæ,
na fit unit
fit unita in

Christus de seipſo Joan. 2. dicit : quod ſit templum Dei Apoſt. ad Philip 2. dicit : Verbum aſſumpſiſſe humanitatem ut veſtimentum ; *habitu inventus ut homo*, ſed templum, veſtimentum diſtinguitur ab inhabitante vel ab illo qui veſtitur, ergo perſona Chriſti diſtinguitur à Verbi perſona.

R. Ad verificandas has & ſimiles S. Scripturæ locutiones & phraſes ſufficit, quod natura divina & humana realiter diſtinguantur.

Obj. 2. Ubi ſunt diverſæ generationes, ſunt diſtinctæ perſonæ : quia ſicut actiones, ita & paſſiones ſunt ſuppoſitotum, & generatio naturæ rationalis terminatur ad perſonam, ſed in Chriſto ſunt duæ generationes : alia ab æterno, quâ genitus eſt à Patre Deus ; alia in tempore, quâ genitus eſt à matre homo, ergo.

R. N. Maj. Licet enim terminus *qui* generationis ſit perſona, terminus tamen *quo* & ſpecificativus eſt natura, & ideò eadem Chriſti perſona ratione diverſarum naturarum, terminat diverſas generationes, in quantum eſt perſona divina vel ut ſubſiſtens in natura divina, fuit terminus generationis æternæ à patre, quatenus ſuppoſitum humanum, vel ut ſubſiſtens in natura humana, fuit terminus generationis temporalis à matre.

Obj. 3. Si unio ſit facta in perſona divina, etiam eſt facta in natura divina : quia natura divina eſt indiſtincta à perſona divina, conſequens repugnat jam dictis in conſiſione prima, ergo & antecedens.

R. N. Maj. Cujus probatio diſtinguitur : natura divina eſt indiſtincta à perſona realiter Con. virtualiter N. nam eſt virtualis diſtinctio naturæ & perſonæ, & ideò poteſt dici, quod natura humana ſit unita naturæ divinæ in perſona, & non quod ſit unita in natura. Ex dictis

Colliges 1. Unionem naturæ humanæ cum Verbo primario esse factam in hypostasi, quo nomine significatur suppositum, quod si sit suppositum naturæ rationalis, vocatur persona, & ita, sicut in Christo est una persona ita etiam est una hypostasis: ratio autem quare unio sit facta primario in hypostasi est: quia debuit fieri in aliquo, quod est proprium Verbo, & in quo verbum realiter distinguitur ab aliis personis: aliàs enim non est ratio, cur potius Verbum, quam aliæ personæ terminaverint humanitatem: alia enim omnia sunt communia tribus personis.

Colliges 2. Personam Christi esse compositam: cum sit unum constans duobus realiter distinctis & unitis vid. naturâ humanâ & divinâ; constat enim ex subsistentia Verbi & humanitate: quia hypostasis divina & natura humana inter se uniuntur.

Non obest 1. Quod persona divina & natura divina non possint habere rationem partis, consequenter non possint venire in compositionem. Cum compositum sit totum includens partes. 2. Quod persona Christi non dependeat à componentibus, quod tamen ad compositum videtur exigi. 3. Quod compositum sit perfectius quam quodlibet extremum. Nam

R. ad 1. Quod compositio intrinseca dicat partes, non autem compositio extrinseca; compositio verò in quam venit natura & persona divina, est tantum extrinseca ab omni imperfectione abstrahens, & in ea componentia non habent rationem partis sed puri extremi; sicut etiam in principio elicitive visionis beatificæ fit compositio inter Essentiam divinam sub ratione speciei, & intellectum creatum videntis Deum, neque enim tunc Essentia divina se habet per modum partis incompletæ, &
ab

De Uni
altera par
totalis p
minantis &
quod propri
pletum & in
Ad 2.
natura div
tamen
de ipsa
Verbum C
Ad 3. H
ex partibus,
quorum unum

DICO:
liter F
Probatur
Ex Virgine n
liter est uniu
nerali Act, 5
Filius Dei
ic.

Probatur
aliquam for
et, sed sub
mana & d
formam sub
tatis Verbi
Obj. Un
non est quic
cum prædic
dicatur Deu

ab altera parte determinabilis, sed per modum formæ totalis per suam entitatem intellectum determinantis & perficientis. Nec requiritur ad totum, quod propriè habeat partes, sed quod sit completum & includat negationem pluralitatis.

Ad 2. Quod persona Christi, ut subsistens in natura divina, non dependeat à componentibus, bene tamen ut subsistens in natura humana & divina de ipsa enim ut tali dicit Evangelista Joan. 1. *Et Verbum Caro factum est.*

Ad 3. Hoc tantum verum esse de composito ex partibus, non autem de composito ex extremis quorum unum est infinitum.

Q U Æ S T I O II.

An Unio fuerit accidentalis?

DICO: *Humana natura non unitur accidentaliter Filio Dei.* S. Th. hic Q. 2. a. 6. ad 2.

Probatur 1. Ex Con. Ephes. can. 13. dicente: Ex Virgine natum est sacrum corpus cui substantialiter est unitum Dei Verbum & ex 5^ta Synod. Generali Act. 5. can. 4. definiente: qui non credit Filium Dei carni substantialiter uniri Anathema sit.

Probatur 2. Ratione: quæ uniuntur secundum aliquam formam substantialem, non accidentaliter, sed substantialiter uniuntur; sed natura humana & divina uniuntur secundum aliquam formam substantialem: nempe secundum hypostasim Verbi juxta dicta; ergo.

Obj. Unio inter naturam humanam & divinam non est quidem accidentalis physicè sed Logicè. cum prædicationes non sint Essentiales, quibus prædicatur Deus de homine in Christo.

R. Negando Aff. cum probat: non enim homo de Christo & Verbo, & Verbum ac Deus de homine prædicantur in quale sed in quid: non enim dicimus: Verbum est humanum, sed est homo. Deinde homo non minus univocè prædicatur de Christo, quam aliis hominibus. De aliis autem prædicatur in quid; Ergo.

Inst. Humanitas advenit Deitati jam in ratione substantiæ completæ, & potest adesse vel abesse sine subjecti corruptione; ergo unitur Deitati accidentaliter.

R. N. Consequentiam: quod enim advenit Deitati in ratione substantiæ completæ, & potest adesse vel abesse ita, ut trahatur ad esse illius, non advenit & unitur accidentaliter, sed substantialiter; sicut, licet Corpus possit abesse ab anima absque destructione ipsius, quia tamen trahitur ad esse ipsius, est unio substantialis.

Q U Æ S T I O III.

An Unio fuerit creata, & qua causa unionis?

Suppono 1. Unio hæc inter naturam divinam & humanam est triplex, 1. modo formalis & est ipse formalis nexus inter humanitatem & Verbum 2. modo effectiva & est ipsa actio unitiva seu unitio. 3. modo, relativa, quæ consequitur unionem formalem & est relatio, quâ unita se mutuo respiciunt.

DICO. *Hæc unio, de qua loquimur, non est in Deo realiter, sed secundum rationem tantum, in humana autem natura, que creatura quadam est, realiter est: & ideo oportet dicere, quod sit quiddam creatum.*
S. Th. hic Q. 2. a. 7. O.

Explico: Unio formalis non est quid crea-

DE UNIONE EJUS TERMINO ET CAUSA. 61

tum à Verbo & humanitate distinctum sed est humanitas ipsa substrata Verbo, & Verbum connotans humanitatem terminatam ac ita est quid creatum vel in recto vel in obliquo.

Prima pars : in qua sola est difficultas, probatur in tantum Verbum unitur humanitati, in quantum illam terminat & reddit subsistentem; atqui per seipsum immediatè Verbum per suam personalitatem & subsistentiam reddit humanitatem subsistentem; ergo. Probatur Mi. Quod competit per suam essentiam subsistentiæ & personalitati Verbi, hoc præstat Verbum per seipsum, atqui reddere humanitatem subsistentem competit subsistentiæ & personalitati Verbi per suam essentiam: quia subsistentia Verbi per suam Essentiam est infinite perfecta in ratione terminandi & suppositandi: cum sit actus purissimus à nullo alio determinabilis, quod non esset, si per aliquid superadditum redderet humanitatem subsistentem.

2da Pars sequitur ex prima, & de se manifesta est. Pro majori tamen horum intelligentia & objectionum solutione videatur Mailhat in physica de modo quo uniuntur materia & forma in composito physico. Et Rentz O. S. B. in lib. 1. Phys. quæst. 5. a. 2. ex quorum rationibus negandi unionem modalem mediam inter materiam & formam in composito physico, eò quod materia per suam entitatem sit receptiva & informabilis, & forma sit receptibilis & informativa, hic pariter probatur superfluitas unionis mediæ, quâ in humanitate receptâ uniatur humanitas divinitati; quia humanitas per suam entitatem est apta ut terminetur vel propriâ vel infinitâ subsistentiâ.

Ex dictis colliges: Unionem relativam, quæ ex parte humanitatis est vera & realis, ex parte verò

verò Verbi est tantum secundum dici, remotè fundari in actione unitiva, quâ humanitas effectivè assumitur ad personalitatem Verbi, proximè verò in passiva terminatione humanitatis sive in ipsa humanitate ut terminata personalitate Verbi.

Obj. S. Th. hic Q. 2. a. 7. O. ait: Omnis relatio qua consideratur inter Deum & creaturam realiter quidem est in creatura (per cujus mutationem talis relatio innascitur) non autem est realiter in Deo, sed secundum rationem tantum, quia non innascitur secundum mutationem Dei. In quo discursu insinuat S. D. humanitatem ante relationem realiter mutatam esse; sed non potest esse mutata, nisi aliquid intrinsecum recipiat ab hypostasi distinctum, quod nihil aliud est quam modus unionis distinctus. Ergo.

R. Distinguendo Conseq. Ergo supponitur humanitas ante relationem mutata mutatione physica per receptionem formæ physicae N. Mutatione Metaphysica per receptionem formæ Metaphysicae alias indebitæ Con. sed non potest esse mutata physicè nisi aliquid intrinsecum recipiat Con. Metaphysicè N. Explico: Ad conceptum Metaphysicæ & latè sumptæ mutationis satis est, quod subiectum aliquo modo se aliter habeat, quam se habet in aliquo priori naturæ, sed humanitas Christi, quatenus in priori naturæ præsupposita assumptioni, habet inclinationem in propriam substantiam, per ipsam verò actionem unitivam acquirit increatam ac divinam, sicque per assumptionem concipitur mutari, & aliter ac novo modo se habere: eò quod terminetur supposito divino alià indebito; quæ terminatio est nova formalitas, non physica sed metaphysica.

Q. An unio hypostatica sit unionum maxima?

De Un
R. I. In
que uniu
tior quan
cem habent
cum natura
natur
essentialem a
quo uniu
entia divina
nam, quæ
major unione
ud in quo u
num, sicut
ntas; est etian
& essentiam
intelligibili p
R. 2. In
tine conjung
cipio scil. De
& tunc sunt p
eti in se, vel s
jungunt accie
substantialite
tica conjun
cum Deo; v
beneficium c
ficationem gr
homini in eff
mit sibi per
modo sublin
3. In eff
to; quia est
excedit e
est participa
hypostatica

R. 1. In ratione unionis ex parte extremorum, quæ uniuntur, non est maxima: quia tantò unio est major quantò majorem extrema unita ad invicem habent proportionem, quæ hic est minima; cum natura humana nullam habeat exigentiam, ut uniatur naturæ divinæ, sed solum potentiam obedientialem ad hanc unionem; Ex parte verò illius, in quo uniuntur est maxima; cum hoc sit substantia divina sustentans naturam humanam & divinam, quæ est maximè una. Ergo illa unio est major unione inter materiam & formam: quia illud in quo uniuntur materia & forma non est ità unum, sicut illud in quo unitur Deitas & humanitas; est etiam major unione inter intellectum beati & essentiam divinam: cum hæc sit tantum in esse intelligibili prior verò in esse entitativo.

R. 2. In esse beneficii est maxima: quia maximè conjungit creaturam rationalem cum suo principio scil. Deo, cætera autem dona vel sunt naturalia, & tunc sunt participatio Dei, sed non uniant Deo, ut est in se, vel sunt supernaturalia & illa cum Deo conjungunt accidentaliter in ratione objecti, non verò substantialiter in esse personæ, unio verò hypostatica conjungit naturam humanam substantialiter cum Deo; vi. in eadem persona. Præterea per beneficium creationis habet homo esse, per justificationem gratiam, per glorificationem unit se Deus homini in esse intelligibili, per incarnationem verò unit sibi personaliter hominem, & hoc ultimo modo sublimissimè se communicat.

3. In esse Entis est perfectior omni Ente creato: quia est perfectior gratiâ (quæ in esse Entis excedit omnia alia Entia creata) gratia enim est participatio accidentaliter naturæ divinæ, unio hypostatica conjungit intimè cum Deo secundum esse

esse substantiale & personale, gratia elevat hominem ad ordinem supernaturalem, unio ulterius elevat & pertingit ad ordinem increatum. Gratia constituit Filium Dei adoptivum, unio Filium Dei naturalem.

Dices. Potius deberet homo desiderare jacturam unionis hypostaticæ, quam gratiæ & Charitatis; ergo gratia & Charitas sunt donum perfectius.

R. Distinguendo Anteced. Potius deberet desiderare jacturam unionis hypostaticæ quam gratiæ & Charitatis absque peccato N. per peccatum Con. quia enim gratia non perditur nisi per peccatum, hinc illam nunquam homo etiam intuitu cujuscunque boni potest negligere, sed si gratia amitti posset absque peccato, esset majus damnum privari unione hypostatica, quam gratiâ & Charitate.

Pro 2di Quæsti resolutione suppono. Tres actiones in incarnatione fuisse: quia 1mò in utero B. Virg. generata fuit humanitas Christi per actionem, quæ vocatur generatio. 2dò, Anima Christi non secus ac animæ aliorum hominum fuit producta per creationem. 3tiò, Tota humanitas ad personalitatem Verbi divini fuit assumpta, & hæc vocatur actio assumptiva vel assumptio, cujus causa hic inquiritur.

DICO 2. *Unio... est... causata ex virtute divine nature.* S. Thom. hic Q. 2. a. 12. ad 1.

Explico: Actio uniens humanitatem cum Verbo: 1. Fuit diversa à creatione animæ & productione humanitatis Christi. 2. Non fuit specialis aliquis influxus actionis Verbi sibi essentialiter unientis humanitatem, aut producentis unionem, sed est operatio toti Triadi communis, ità ut licet
incat.

DE UN
incarnari,
humanam,
si, nihilon
assumendo h
um, est op
in genere
proprium in
personis non
Prima par
mini realiter
suzenda diver
creatis realiter
sistentiam Ver
manitatis hab
verlos; quia te
ma, terminus
edzquatus aff
compositum e
per distinguant
manitate, &
an actiones
quatur.
Obj. 1. An
creata, per q
tam: quia cr
em, & sicut
tam acciper
lud est, qu
gens commu
tatem extrah
tisque transite
cepit existen
em ad esse p
et assumptio
q. N. Maj.
Pars III.

incarnari, vel terminare & suppositare naturam humanam, sit solius Verbi ut termini & hypostasis, nihilominus efficere unionem hypostaticam, assumendo humanitatem ad Verbum sicut ad terminum, est opus totius Triadis sicut principii; & ita in genere causae efficientis nihil Verbum habet proprium in executione hujus mysterii, quod aliis personis non conveniat.

Prima pars probatur: Quando concurrunt termini realiter & adaequatè distincti, sunt constituendae diversae actiones in Deo virtualiter & in creatis realiter; sed assumptio humanitatis ad substantiam Verbi, creatio animae, & generatio humanitatis habent terminos realiter & adaequatè diversos; quia terminus adaequatus creationis est anima, terminus generationis est humanitas, terminus adaequatus assumptionis est unio hypostatica, vel compositum ex Verbo & natura, qui termini realiter distinguuntur: quia potest dari anima absque humanitate, & humanitas absque unione; Ergo etiam actiones ad hos terminos terminatae distinguuntur.

Obj. 1. Anima Christi per eam actionem est creata, per quam accepit existentiam & substantiam: quia creatio terminatur ad rem subsistentem, & sicut creari vel produci nil aliud est, quam accipere esse ab agente, ita creatio nil aliud est, quam actio vel causalitas, per quam agens communicat esse effectui, & res per creationem extrahitur ex nihilo, quod intelligi nequit absque transitu ad existentiam; sed anima Christi accepit existentiam & substantiam per assumptionem ad esse personale Verbi; Ergo anima Christi per assumptionem creata fuit.

Re. N. Maj. Cujus probatio distinguitur: creatio

dat rei creatæ existentiam & subsistentiam con-
naturaliter loquendo Con. si cum creatione concu-
rat aliqua actio superior, quæ loco subsistentiæ
propriæ & naturalis per ipsam creationem aliàs
producendæ communicet subsistentiam increatam
N. licet enim creatio, per se loquendo, utrum-
que producat, subsistentiam & existentiam, res-
picit tamen Essentiam ut terminum primarium,
subsistentiam & existentiam secundo, ideoque
divinitus fieri potest, ut producto termino prima-
rio, secundo non succedat, sed aliunde sup-
pleatur.

Obj. 2. Per eam actionem producta est huma-
nitas Christi, per quam productus est Christus: sicut
enim actiones, ita passiones sunt suppositorum;
ideoque sicut per eandem actionem generationis pro-
ducitur natura Petri & Petrus, sic per eandem actio-
nem, quâ producitur humanitas Christi, produ-
citur etiam Christus; sed Christus productus est
per assumptionem; cum Christus sit tantum sup-
positum Verbi subsistens in natura humana & divi-
na, quod totum resultat ad actionem divinam,
quâ humanitas est unita Verbo; Ergo per assump-
tionem est producta humanitas Christi.

R. Distinguendo Maj. Per illam actionem pri-
mò producta est humanitas Christi, per quam
productus est Christus N. per illam actionem fa-
cta est humanitas Christi in persona Verbi subsi-
stens, per quam productus est Christus Con. nam
per actionem assumptivam factum fuit, ut Verbum
subsisteret in natura humana, & hæc esset perso-
naliter in Verbo; sed hæc actio supponit humani-
tatem, quam assumit & consequenter primam hu-
manitatis productionem quoad Entitatem.

Obj. 3. Si actio assumptiva humanitatis Christi
ad

De U
ad Verbu
qua huma
fuit Christ
manitatis C
nitatem, q
tivam unit
ergo & An
re. N. Se
terminata sic
solam huma
mater Christ
quam Verbo
ipsum suppo
si actio gene
cacie relin
Secunda p
Omne opus
bus tribus pe
Theologoru
tem hyposta
cum Verbo e
ut; ergo est
specialis influ
i Verbo; si
us esset à V
nitatem, dar
re proprium
mari.
Q
Quis sit t
DICO. H
litatem
mana natu

ad Verbum supponat aliam actionem se priorem, quâ humanitas sit producta; Ergo B. Virgo non fuit Christi vel Dei mater, sed tantum mater humanitatis Christi; cum illa solum generavit humanitatem, quæ postmodum per actionem assumptivam unita est Verbo: Consequens est falsum; ergo & Antecedens.

R. N. Sequelam: Licet enim actio generativa terminata sit adæquatè in genere causæ efficientis ad solam humanitatem, attamen B. V. bene dicitur mater Christi vel Dei; quia genuit humanitatem, quam Verbum eodem momento terminavit loco ipsius suppositi, quod à Virgine gignendum erat, si actio generativa Virginis fuisset suæ naturali efficacix relicta.

Secunda pars conclusionis ita explicata probatur: Omne opus ad extra est à tota Trinitate & omnibus tribus personis commune, uti est commune Theologorum proloquium; atqui efficere unionem hypostaticam seu unire effectivè humanitatem cum Verbo est quoddam opus ad extrâ: ut patet; ergo est à tota Trinitate, & non est aliquis specialis influxus actionis in genere causæ efficientis à Verbo; si enim specialis aliquis influxus actus esset à Verbo vel in unionem vel in humanitatem, daretur aliquod opus ad extrâ, quod foret proprium Verbo & non commune toti Trinitati.

QUESTIO IV.

Quis sit terminus ad quem actionis unitivæ?

DICO. *Humana natura adjuncta est ad personalitatem divinam, ut scilicet persona divina in humana natura subsistat.* S. Th. hic Q. 2. a. 7. O.

Sive terminus unionis hypostaticæ formalis *quo* est subsistentia Verbi ut terminans humanitatem, terminus totalis & adæquatus est persona Christi subsistens in duabus naturis.

Prima pars probatur: Ille est terminus formalis & *quo* unionis, qui habet in composito unito rationem actûs & perfectivi, sicut in homine est anima rationalis; sed in assumptione humanitatis ad Verbum persona Verbi sive subsistentia Verbi, ut communicata humanitati, & consequenter eandem in obliquo connotans, se habet per modum actus. Ergo

Dices: Terminus formalis productionis debet esse productus; sed persona vel subsistentia Verbi non est producta, ergo non potest esse terminus formalis productionis, qualis est assumptio.

z. N. Maj. Sic in processione Verbi ad intrâ terminus formalis est natura communicata, quæ non est producta; in generatione hominis anima rationalis est terminus formalis, & tamen non producitur per generationem, sed per creationem, & materiæ solum unitur: quia quando actio productiva est solum unitiva, ut in præsentî, sufficit, terminum formalem vi talis actionis conjungi, & ex ea communicatione resultare terminum totalem, sive deinde terminus formalis sit aliâ distinctâ actione productus, ut fit in generatione hominis, sive sit improductus, ut fit in assumptione humanitatis ad Verbum.

Secunda pars probatur: Terminus totalis unionis est illud compositum, quod resultat ex conjunctione duorum extremorum; sed illud compositum est persona Christi subsistens in duabus naturis: quia per unionem vel assumptionem unitur divinitas humanitati;

Ergo;

DIS;

De C

D I

D

Causa m
gratia
iter mover
quod si fiat
neti ad pr
si fiat non ex
grum erat,
dignum tant
congruo.

An Unio

DICO
tas gr
ni facta est
in aliqua gr
ia, S. Th
Prima P
endis: Q
neti fit,
hypostatica
ergo.

Secunda
tio physica
unionem h
mediante g
Probatur
formam, a